



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

53. An moribundo, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus cum aqua rosacea, vel ex aliis plantis, & herbis expressa sub conditione exterius, vel mentaliter apposita, si materia hæc est ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



duc de Sacram. Baptismi, disput. 1. diff. 6. & supponit Joannes Pæpositus in 3. part. de Sacrament. quest. 66. art. 8. dub. 3. num. 93. quia ex opinione probabiliori in tali administratione Sacramenti nulla ei fit injuria, & moribundo datur remedium eodem modo, quo dari potest, si, v.g. alia quantitas aqua non adesset.

## RESOL. LII.

An moribundo debeat Baptismus adhiberi in dubio, si aqua est naturalis, puta, in jure carminum, lixivio, &c?

Et an hoc à fortiori procedat, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 1.

Sup. hoc in Ref. seq. lege doctrinam § Nec solus, & etiam §. ul. & in tr. 3. tr. 1. x Ref. § 1. 2. & §. Imo plus.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, cum Jacobo Gradano de Sacram. in 3. p. contr. 4. tract. 1. disp. 3. dub. 2. ubi sic ait: In dubio autem an aliqua aqua sit naturalis, necne, non potest licitè adhiberi Sacramento, nisi in casu necessitatis, tunc enim sub conditione poterit conferri Baptismus, & iterum postea sub conditione poterit repeti, si baptizatus fuerit superfluit. Ita ille, & idem etiam docet Chapeavilla de Sacramento Baptismi, q. 15. Kellisonius in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. Bonacina de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 3. n. 9. Marchantius in resolution. pastoral. de Sacram. tract. 1. cap. 1. quest. 3. & tract. 2. cap. 1. punct. 1. post. cas. 6. Hurtadus de Sacram. Baptismi, disput. 1. diff. 2. Ludovicus de San Juan de Sacram. Baptismi, quest. 1. art. 2. diff. 2. concl. 1. Mercerus de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 4. Possievinus de Officio Curati, cap. 6. num. 5. & Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 2. Cui tandem adde Cabreram de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 4. quorum doctrina à fortiori procedit, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles, tunc enim sub conditione Baptismus moribundo adhibendus est: ut, v.g. cum aqua ex sale resoluta, quam materiam aptam Baptismi esse tradit Ochagavia de Sacram. Baptismi, tract. un. quest. 3. num. 4. & Hurtadus de Sacram. Baptismi, diff. 2. disp. 1. contra Coninch. de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 22. & in casibus similibus. Sed ex his oritur in particulari pulchra questio.

Sup. hoc supra in Ref. 50. §. Quæritur secundum.

## RESOL. LIII.

An moribundo, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus cum aqua rosacea, vel ex aliis plantis, & herbis expressis sub conditione exterius, vel mentaliter apposita, si materia hac est idonea? Idem est dicendum de nive.

Et in dicto casu, non inventa aqua certa, sed aliquo liquore, de quo dubium esset, an esset aqua, nec possit id examinari, an possit in tali casu moribundus sub conditione baptizari?

Et an in supra dictis casibus, veniente aqua elementari, vel sublato tamen periculo, baptizandus sit etiam sub conditione? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 2.

§. 1. **C**uriosum est dubium, (attendas quæso amice Lector,) & negativè responderet Coninch. de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 23. ubi sic ait. \* Liquores ex plantis, aut herbis expressi non sunt materia Baptismi. Aliqui tamen putant hos in extrema necessitate posse adhiberi, quia

\* Sup. his li. quoribus infra prope si

non omnino constat an differant specie ab aqua naturali, idemque quibusdam videtur de nive, quæ non facile ausim approbare, quia Concilia requirunt aquam naturalem, qualis non videtur artificialis expressa e plantis. Ita ille. Et revera aquam rosaceam differre ab aqua naturali, patet ex D. Thom. in 3. part. q. 66. art. 4. ad 5. & omnibus Expositoribus ibi, Kellisonio Cabrera, Mercero Sylvio, Pefantio, & Nugno, quibus adde Vasquez in 3. part. tom. 2. disput. 141. cap. 1. num. 9. Ochagaviam de Sacram. tract. un. de Baptismo. §. Tertio. quest. 3. num. 5. Moscosum in summ. tract. 2. cap. 1. num. 3. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 4. difficult. 3. num. 2. Ledefnam in summ. tom. 1. de Sacram. Baptismi, c. 3. concl. 1. Ludovicum de San Juan in summ. de Baptismo, quest. 1. art. 2. dub. 1. concl. 2. Hurtadum de Sacram. tract. de Baptismo, difficult. 2. in fine. Reginaldum tom. 2. lib. 27. cap. 3. num. 11. Valentiam tom. 4. disp. 4. q. 1. punct. 2. Pecanum de Sacram. cap. 8. q. 2. conclus. 2. n. 2. Joannem de la Cruz in Director. conscient. part. 2. q. 1. de Baptismo, dub. 1. conclus. 2. Bizozcerum de Sacram. part. 2. cap. 2. num. 5. Zanardum in Director. Theolog. part. 1. de Sacram. Baptismi, cap. 3. Mutinum in Theologia mor. de Sacram. Baptismi. q. 3. conclus. 3. Zechium de Sacram. cap. 1. de Baptismo. Vegam in speculo Parochorum, part. 1. cap. 8. §. 4. num. 14. Molfesum in summa tom. 1. tract. 4. cap. 1. num. 33. Lorichium in Theatro Theol. ver. Sacramentum Baptismi, §. 4. in fine. Bonacinum de Sacram. disput. 2. q. 2. punct. 3. num. 2. Bartholomæum ab Angelis in exam. Confess. dial. 2. §. 82. Henric. lib. 2. cap. 6. num. 2. Fernandez de Heredia in disput. Theol. ad repet. textus in can. 1. de Consecr. distinct. 4. part. 3. dub. 1. num. 13. Fernandez de Moure in Medulla cas. conscient. part. 3. cap. 2. §. 2. num. 3. Michaelem Zambranum de casibus tempore mortis, cap. 1. de Baptismo, n. 2. Binsfeldium in Enchirid. Theolog. part. 1. cap. 4. §. 2. Homobonum in consulti. cas. conscient. tom. 2. resp. 3. Pitigianum in 4. sent. tom. 1. disp. 3. q. 3. art. 3. conclus. 2. Ragucium in lucerna Parochi de Sacram. Baptismi, q. 11. Yribane in 4. sent. tom. 1. disp. 10. sect. un. §. Quarto dico. Petro à sancto Joseph de Sacram. part. 2. disp. 1. sect. 2. §. hinc collige primò. Vallenem in Decret. lib. 3. tit. 92. num. 3. Possievinum de officio Curati, cap. 6. quest. 2. Marchantium in Candelab. Sacram. resol. 99. pastor. tract. 2. de Baptismo, cap. 1. cas. 3. Rodriguez in summa tom. 1. cap. 25. num. 1. Barbolam de officio Parochi, cap. 18. num. 43. Guilielmum Estium in 4. sentent. disp. 3. §. 7. Archangelum Rubeum de Sacram. disp. 3. §. aqua duplex. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 1. Granado in 3. part. D. Thom. contr. 4. tract. 1. disput. 3. num. 2. Alabardum in Tyrocino Sacram. de materia Baptismi, fol. 162. Philippum de la Cruz in su Norte de Confessores, tract. 10. §. 1. Petrum Milhaldum en la Guide des Curez part. 1. de Sacram. Baptismi, cap. 8. num. 4. Philippum Gamachæum in summa Theologica, tom. 3. q. 66. cap. 2. Joan. Baptistam Conradum in respons. cas. conscient. part. 2. q. 78. Carillum in itinerario Ordinandorum, sect. 3. cap. 2. num. 12. Victoriam in summa de Sacram. q. 12. Anglez in floribus, tom. 1. q. 1. de Baptismo, art. 2. conclus. 3. Antonium de Litteratis in summ. part. 1. cap. 6. num. 2. Vivaldum in Candelabro tit. de Baptismo, §. de materia, num. 3. Berarducium in summa Corona, part. 4. cap. 2. num. 4. Sotum in 4. disp. 3. q. un. art. 4. Martinum Funez in speculo morali. part. 2. c. 2. n. 1. & alios. Dicendum est igitur, nullam aquam, vel succum

nem huius §. naturali, idemque quibusdam videtur de nive, quæ non facile ausim approbare, quia Concilia requirunt aquam naturalem, qualis non videtur artificialis expressa e plantis. Ita ille. Et revera aquam rosaceam differre ab aqua naturali, patet ex D. Thom. in 3. part. q. 66. art. 4. ad 5. & omnibus Expositoribus ibi, Kellisonio Cabrera, Mercero Sylvio, Pefantio, & Nugno, quibus adde Vasquez in 3. part. tom. 2. disput. 141. cap. 1. num. 9. Ochagaviam de Sacram. tract. un. de Baptismo. §. Tertio. quest. 3. num. 5. Moscosum in summ. tract. 2. cap. 1. num. 3. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 4. difficult. 3. num. 2. Ledefnam in summ. tom. 1. de Sacram. Baptismi, c. 3. concl. 1. Ludovicum de San Juan in summ. de Baptismo, quest. 1. art. 2. dub. 1. concl. 2. Hurtadum de Sacram. tract. de Baptismo, difficult. 2. in fine. Reginaldum tom. 2. lib. 27. cap. 3. num. 11. Valentiam tom. 4. disp. 4. q. 1. punct. 2. Pecanum de Sacram. cap. 8. q. 2. conclus. 2. n. 2. Joannem de la Cruz in Director. conscient. part. 2. q. 1. de Baptismo, dub. 1. conclus. 2. Bizozcerum de Sacram. part. 2. cap. 2. num. 5. Zanardum in Director. Theolog. part. 1. de Sacram. Baptismi, cap. 3. Mutinum in Theologia mor. de Sacram. Baptismi. q. 3. conclus. 3. Zechium de Sacram. cap. 1. de Baptismo. Vegam in speculo Parochorum, part. 1. cap. 8. §. 4. num. 14. Molfesum in summa tom. 1. tract. 4. cap. 1. num. 33. Lorichium in Theatro Theol. ver. Sacramentum Baptismi, §. 4. in fine. Bonacinum de Sacram. disput. 2. q. 2. punct. 3. num. 2. Bartholomæum ab Angelis in exam. Confess. dial. 2. §. 82. Henric. lib. 2. cap. 6. num. 2. Fernandez de Heredia in disput. Theol. ad repet. textus in can. 1. de Consecr. distinct. 4. part. 3. dub. 1. num. 13. Fernandez de Moure in Medulla cas. conscient. part. 3. cap. 2. §. 2. num. 3. Michaelem Zambranum de casibus tempore mortis, cap. 1. de Baptismo, n. 2. Binsfeldium in Enchirid. Theolog. part. 1. cap. 4. §. 2. Homobonum in consulti. cas. conscient. tom. 2. resp. 3. Pitigianum in 4. sent. tom. 1. disp. 3. q. 3. art. 3. conclus. 2. Ragucium in lucerna Parochi de Sacram. Baptismi, q. 11. Yribane in 4. sent. tom. 1. disp. 10. sect. un. §. Quarto dico. Petro à sancto Joseph de Sacram. part. 2. disp. 1. sect. 2. §. hinc collige primò. Vallenem in Decret. lib. 3. tit. 92. num. 3. Possievinum de officio Curati, cap. 6. quest. 2. Marchantium in Candelab. Sacram. resol. 99. pastor. tract. 2. de Baptismo, cap. 1. cas. 3. Rodriguez in summa tom. 1. cap. 25. num. 1. Barbolam de officio Parochi, cap. 18. num. 43. Guilielmum Estium in 4. sentent. disp. 3. §. 7. Archangelum Rubeum de Sacram. disp. 3. §. aqua duplex. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 1. Granado in 3. part. D. Thom. contr. 4. tract. 1. disput. 3. num. 2. Alabardum in Tyrocino Sacram. de materia Baptismi, fol. 162. Philippum de la Cruz in su Norte de Confessores, tract. 10. §. 1. Petrum Milhaldum en la Guide des Curez part. 1. de Sacram. Baptismi, cap. 8. num. 4. Philippum Gamachæum in summa Theologica, tom. 3. q. 66. cap. 2. Joan. Baptistam Conradum in respons. cas. conscient. part. 2. q. 78. Carillum in itinerario Ordinandorum, sect. 3. cap. 2. num. 12. Victoriam in summa de Sacram. q. 12. Anglez in floribus, tom. 1. q. 1. de Baptismo, art. 2. conclus. 3. Antonium de Litteratis in summ. part. 1. cap. 6. num. 2. Vivaldum in Candelabro tit. de Baptismo, §. de materia, num. 3. Berarducium in summa Corona, part. 4. cap. 2. num. 4. Sotum in 4. disp. 3. q. un. art. 4. Martinum Funez in speculo morali. part. 2. c. 2. n. 1. & alios. Dicendum est igitur, nullam aquam, vel succum



Sup. his om- cum ex herbis, floribus, radicibus, frondibus, aliisque mixtis perfectis per distillationem elicitum posse esse materiam Baptismi, quia nempe substantialiter succi hujusmodi differunt ab elementari aqua, materia necessaria sacramenti Baptismi, ex Concilio Florentino sub Eugenio IV. Tertio posset. & lege & Trid. sess. 7. de fide Catholica. Et sicuti materia idonea Eucharistiae nequit esse nisi panis, & vinum univoce, non verò illa, quae sunt aequivoce talia, sic materia Baptismi nihil poterit esse, nisi id, quod est aqua univoce, sed artificiales, ut rosacea, &c. quae sunt per stillicidia, aequivoce sunt aquae, & non univoce: ergo.

2. His tamen non obstantibus non desinam hic adnotare ad dubium praesentis resolutionis, affirmativè respondere aliquos Doctores recentiores, ut Joannem Puteanum Professorem Regium sacrae Theologiae in Academia Tholosana in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. n. 5. ubi sic ait: Monco, si daretur, v. g. aqua rosacea, & nullo modo aqua naturalis, nec potest haberi, & periclitaretur baptizandus, posset Baptismus conferri in aqua rosacea, quia licet Concilia exigant ad validitatem Baptismi aquas naturales, quales sunt pluviales, maris, & quorumcumque fontium, & fluminum, non tamen definitur haec in nullo planè casu ullam aliam aquam à naturali non sufficere ad validitatem Baptismi. Deinde, quia aqua rosacea majorem affinitatem videtur habere cum aqua naturali, quam aqua quorumcumque fontium. Ita Puteanus.

3. Nec solus Puteanus supradicta docet; sed novissimè hanc sententiam tenet Joannes Prapositus in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. n. 22. ubi sic asserit: Adverte quòd quia Baptismi sacramentum est maxima necessitatis, si occurrat extrema necessitas Baptismi alicui conferendi, utpotè aliàs sine illo morituro, posset Baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubia, deficiente indubitata, quia nulla irreverentia conferretur irrogari Sacramento, quòd proximo alioquin morituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Hinc est, quòd licet ea, quae notabili secundo diximus, non esse materiam convenientem Baptismi, sint conformia communiori Doctorum sententiae, quia tamen de quibusdam aliqui dubitant, ut de aqua rosacea, &c. in extrema necessitate deficiente materia certa, liceret in hujusmodi baptizare saltem sub conditione, sublato tamen periculo, Baptismus saltem sub conditione esset repetendus. Hæc Prapositus Societatis Iesu insignis Theologus, ubi supra. Et hanc sententiam ex eadem Societate docet etiam Adamus Tannerus in Theolog. Schol. tom. 4. disp. 4. q. 1. dub. 2. num. 41. quibus etiam adde Chamerotam de Sacram. tract. 2. de Baptism. cap. 2. dub. 2. ubi sic ait: Est opinio recentiorum posse per alambicum, vel per artificialem stillationem ex succis herbarum elici aquam veteram elementarem, licet admixtam secundis qualitatibus; & ego urgente necessitate in his aquis baptizarem, sed rebaptizarem cum conditione; adveniente aqua elementari. Sic ille. Unde secundum hanc opinionem si aliquis deficiente aqua naturali periclitaretur, baptizari posset sub conditione, non solum cum aqua rosacea, vel aliorum florum per distillationem elicita, sed etiam cum succo expresso ex herbis, & frondibus, ut observat Tannerus loco citato. Et hæc dicta esse volo secundum mentem supradictorum Doctorum:

nam ego prorsus puto non esse discedendum à prima sententia negativa.

4. Non desinam tamen hic adnotare, rectè P. Joannem de Lugo de Sacram. disp. 8. sect. 9. n. 140. docere in extrema necessitate, non inventa aqua certa, sed liquore aliquo, de quo dubium esset, an esset aqua, nec posset id examinari; pone enim esse locum obscurum, nec odore, aut gustu posse id percipi, posse in tali casu existentem in periculo mortis sub conditione baptizari; Quia cum præceptum illud oriatur baptizandi absque tali materia oriatur ex reverentia sacramenti, sequitur, ut in praedicto casu non obliget tale præceptum, eo quòd summa indigentia proximi, cui aliter subvenire non possumus, præponderet illi reverentiae, & reddat licitam talem operationem, propter necessitatem.

RESOL. LIV.

An in extrema necessitate, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus sub conditione cum glacie, pruina, rore, nive, vel sale, quando resoluta non sunt?

Et an ad validitatem Baptismi sufficiat, quòd aqua attingat baptizatum, si cum non abluat?

Et an, si in ipsa applicatione nix, glacies, &c. resolvantur, sint materia sufficiens Sacramenti Baptismi? Ex p. 5. tr. 3. Res. 3.

§. 1. Negativam sententiam docet Petrus à Sancto Joseph de Sacram. part. 2. disp. 1. sect. 2. in fine, ubi sic ait: In necessitate potest assumi materia dubia, & tunc Baptismus conferri. Non probo tamen, quòd nonnulli dicunt, satis esse in extrema necessitate, deficiente aqua, Baptismus applicare cum nive, aut glacie. Ita ille. Et ratio est, nam glacies, pruina, grandis, nix, quamvis sint substantialiter aqua, attamen quando talia sunt, & non resoluta, materia Baptismi esse non possunt, quia non sunt apta materia ad abluendum. Et ita docent per omnes Doctores in superiori resolutione pro prima sententia adducti, & in specie Coninch. de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 23. & hanc sententiam ego teneo.

2. Sed his non obstantibus affirmativam sententiam docet Puteanus in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 5. ubi sic ait: Extra controversiam est, glaciem, nivem, grandinem, & salem non sufficere ad confectionem Baptismi, licet enim hæc sint ejusdem rationis cum aqua naturali, non tamen apta sunt ad abluendum proxime: est autem simpliciter necessarium ad hoc ut aliquid rationem Baptismi habeat; quòd proxime possit abluere. Probatur enim Baptismus esse abluendum, in extrema tamen necessitate satis esset applicare cum nive, vel glacie sacramentum Baptismatis, quam administrationem prætermittere. Joannes enim Major, & alij putant sufficere ad validitatem Baptismi, quòd aqua attingat baptizatum, etiam si eundem non abluat. Ita Puteanus, quòd etiam loquens de nive docet Joannes Prapositus in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. num. 22. & novissimè doctus Hurtadus de Sacram. tract. de Baptism. disp. 1. diff. 2. ubi sic asserit: In extrema necessitate licitum est uti aqua, quamvis notabiliter permixta, imò & dubia, ut nive nondum resoluta sub hac conditione sive exterius, sive mentaliter tantum apposita, nempe si materia hæc est idonea, quia extrema necessitas excusat irreverentiam, quae aliàs fieret conficiendo Sacramentum sub conditione. Sic ille.

§. Sed

INTON  
Opera  
Tom. 1 & II  
E III

Sup. hoc le- ge §. penult. Rel. præce- pta, & in tom. 3. tr. 1. ex Rel. 3. le- ge doctri- nam § 1. & 2. & §. Imo.

Sup. hoc su- pra in Ref. 10. & 51.